UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

§.XVIII. Chur-Brandenburgische Gegen-Erklärung über das offerirte Æquivalent vor Pommern.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52129

Visual Library

1647. Januar. Gefahr zuwachſen könte. *Ille*: Der Churfürſt würde vinculiret werden durch Reverſalen. *Ego*: Man ſehe was dieſelbe helffen, würden doch Bediente der Calviniſchen Religion zugethan gehalten werden, in ein zehen Jahren hätte man hernacher den betrübten effect zu ſpühren. *Ille*: wäre jetzo nicht zu ändern, hätten keine Mittel weiter zu kriegen. *Ego*: Man möchte doch ad præterita gehen, und bedencken, was die Cron Schweden poſt pacificationem Pragenſem vor ſchlechte Mittel gehabt. *Ille*: Das wären miracula: *Ego*: Die könnte GOtt noch thun. *Ille*: Das wäre wahr; ſed Deum agere per cauſas ſecundas. *Ego*: Die wären da, die Armée wäre ſtarck und lege den Catholiſchen auf dem Halſe. *Ille*: Könte leicht ein Unglück darzu ſchlagen, und ſolten die Frantzoſen abgehen, ſo ſtünden die Schweden allein, die Evangeliſchen wolten nicht umtreten. *Ego*: Das wäre noch nicht vonnöhten, die Cron wäre bis anhero baſtant gnug geweſen. *Ille*: Das Hauß Braunſchweig hätte auch zu Goßlar Friede gemacht, das wäre wohl recht wegen des privati commodi geſchehen. *Ego*: Da wüſte ich nicht, was dazumahl vor Urſachen geweſen; Das Ertz-Stifft käme gantz unſchuldig darzu, daß es ſolte hingegeben werden, hätte mit dem Kriege nichts zu ſchaffen, auſſer daß es dem Kayſer und der Cron Schweden viel Millionen Goldes contribuiret, und wäre demnach unbillig, wenn es formam ſtatus & regiminis verlieren ſolte. *Ille*: Ein jedes Regiment hätte periodum fatalem und wäre der mutation unterworffen. *Ego*: Das Ertz-Stifft aber hätte ſich in terminis gehalten, und keine Urſache darzu gegeben. Ob es dann nicht könte geändert, und bey noch wärender Handlung auf andere Wege gerichtet werden? *Ille*: Das könnte nicht ſeyn, oder retractiret werden, wären albereit unterſchrieben. *Ego*: Wann Eure Fürſtliche Durchlauchten das gewuſt, würden ſie gegenwertige Tractaten nicht beſchicket haben: *Ille*: würde doch der Status, ſo lang Eure Fürſtliche Durchlauchten bey dem Ertz-Stiffte, in ſeinem eſſe erhalten. *Ego*: Eure Fürſtliche Durchlauchten könnten aber wegen Dero beſchwornen Capitulation nicht geſchehen laſſen, daß weder inchoativè noch conſummative dergleichen Veränderung vorginge, und würden dennach nimmermehr den Conſens darzu geben können. Weiln ich nun geſehen, daß alles anführen vergebens, als habe endlichen gebethen, um communication eines extracts aus dem Project, ſo viel das Ertz-Stifft Magdeburg betreffe, damit ich denſelben Eurer Fürſtlichen Durchlauchten gehorſamſt zuſchicken und darauf ferner gnädigſte Inſtruction gewarten könte, welches mir auch verwilliget worden.

§. XIIX.

Chur-Brandenburg. Gegen-Erklärung über das offerirte æquivalent vor Pommern.

Auf die von Kayſerlicher Seite letzthin ertheilte Final-Declaration, das Æquivalent vor **Pommern** betreffend, ließ ſich die **Chur-Brandenburgiſche** Geſandſchafft, in nachſtehender Gegen-Erklärung ſub N. I. vernehmen, dahin gehend, daß das **Stifft Halberſtadt**, als ein immediates Reichs-Lehen, Erblich, cum Seſſione in Comitiis & Circulo, ſodann die Expectanz auf das **Ertz-Stifft Magdeburg**, mit der eventual-Huldigung, cum facultate apprehendendi poſſeſſionem vacuam, auctoritate propria, benebſt dem Amt Eglen, gegen die vier an Chur-Sachſen übergehende Aemter, **Querfurt**, **Jüterbock**, **Damma** und **Borck**, imgleichen das Stifft **Camin**, mit allen Hoheiten und Rechten, in Sacris & Politicis, auf eben die Weiſe, wie Bremen und Verden an die Crone Schweden gegeben würden, ſollte überlaſſen werden. Und weil immittelſt, ſo lange der Adminiſtrator des Ertz-Stiffts Magdeburg am Leben, Brandenburg den Genuß davon entrathen müſte; Sollte zu deſſen Erſtattung, das Stifft **Minden** eingeräumet, auch wegen Abtretung der Stadt Stettin, 1200000. Thl. bezahlt, oder dagegen alle Chur-Brandenburgiſchen Lande von contribuirung zu den Schwediſchen Satisfactions-Geldern, eximirt und frey gelaſſen werden.

1647. Januar. N. I. 1647. Januar.

Electoris Brandenburgici Legatorum Replicatio ad Recompenſationem à Cæſareanis oblatam, exhib. d. 6. Febr. 1647.

Legatio Electoralis Brandenburgica ex ea Reſolutione, quæ ipſi nomine Legationis Sacræ Cæſareæ Majeſtatis nuperrime exhibita fuit, ſatis intellexit, quid jam dictæ Legationi Cæſareæ placuit, Serenitati Suæ Electorali loco æquivalentis compenſationis pro partibus Pomeraniæ Sereniſſimæ Reginæ atque Coronæ Sueciæ ceſſis, offerre. Verum cum hæc ita comparata ſint, ut iisdem Legatio Brandenburgica per omnia acquieſcere non poſſit, neceſſarium duxit, de quibusdam ita monere Excellentiſſimos Dominos Legatos Cæſareos, ut eosdem enixe roget, hæc mature ſecum expendere, atque rem eo deducere haud gravatim velint, ut & Serenitati Suæ Electorali, ratione æſtimationis rei & affectionis, condigne ſatisfiat, & hac mediante, ſecura atque durabilis pax in Imperio reduci & ſtabiliri poſſit.

Quamprimum itaque pax cum utraque Corona & Statibus Imperii compoſita & confirmata fuerit, tradatur Serenitati Electori Ejusque poſteris & ſucceſſoribus, heredibus Maſculis & Agnatis, Epiſcopatus *Halberſtadenſis* cum omnibus Juribus, Privilegiis, Territoriis & bonis Secularibus & Eccleſiaſticis, quocunque nomine vocatis, in perpetuum & immediatum Imperii Feudum, & conſtituatur Sua Serenitas Electoralis ſtatim in juſta & quieta ejusdem poſſeſſione, eoque nomine Eadem, unà cum ſupra nominatis, *Seſſionem* & *Votum* in Comitiis Imperii & Circulo Inferioris Saxoniæ habeat, ſitque ipſis integrum, ea poteſtatis plenitudine in dicto Epiſcopatu per omnia uti, qua reliqui Principes Imperii in ſuis territoriis & provinciis liberrime utuntur.

Quod ſi contigerit per Dei gratiam, ut controverſiæ Religionis in Imperio, chriſtiana & amicabili conventione componantur, nihilominus hic Epiſcopatus Sereniſſimo Electori ac Domui ſuæ Electorali manebit in perpetuum.

Quod ad utrumque Comitatum *Reinſtein* & *Hohenſtein* attinet, non conſtat Legationi Brandenburgicæ, quid juris Comes â Tatenbach in priorem, & Comites à Schwartzburg & Stollberg, in poſteriorem habeant. Quapropter ne juribus quoque Epiſcopi aut Capituli quidquam detrahatur, ulteriori informatione hac in re opus erit, juxta quam Sereniſſimus Elector omnia ea, quod per conſcientiam & rationem poterit admittere, non gravabitur.

De cœtero permittitur 1) ut Colonellus Petrus Jacobus 5741. Rthlr. ex reditibus ſibi aſſignatis recipiat, antequam Pax generalis concluſa, atque in ejus vim dictus Epiſcopatus Serenitati Suæ Electorali traditus fuerit.

2) Similiter concedatur Sereniſſimo Domino Electori *Expectantia in Archi-Epiſcopatum Magdeburgenſem*, ita quidem, ut quandocunque eundem morte aut ceſſione præſentis Domini Epiſcopi vacare contigerit, totus iſte Archi-Epiſcopatus, Territoriis & juribus, ut ſupra de Epiſcopatu Halberſtadenſi dictum, Serenitati Suæ Electorali, Ejusque poſteris & Succeſſoribus, Heredibus Maſculis & Agnatis, non obſtante ulla electione interea temporis ſive clam ſive palam facta, tradatur & conferatur in perpetuum, ſitque jus Serenitati Suæ Electorali & ſimul nominatis, auctoritate propria vacantem apprehendere poſſeſſionem; interea temporis teneatur Capitulum, unà cum Ordinibus & ſubditis dicti Archi-Epiſcopatus, ſtatim, concluſâ pace, Sereniſſimo Ele-

1647. Januar. Electori atque toti Domui Suæ Electorali ſe ſacramento fidelitatis & ſubjectionis in eventum obſtringere. 1647. Januar.

Quod 4) ad Dynaſtias vel Præfecturas *Querfurt*, *Guterbock*, *Dama* & *Borck*, quæ Sereniſſimo Saxoniæ Electori reſervantur, attinet, ſumma æquitas poſtularet, ut hæ Sereniſſimo Electori Brandenburgico atque toti Domui Suæ Electorali decederent ac traderentur, quemadmodum etiam Legatio Brandenburgica iisdem adhuc inſiſtit. Sin autem per Legationem Cæſaream res eo redigitur, ut Serenitati Suæ Electorali Dynaſtia ſive Præfectura *Eglen*, quæ alias ad Capitulum pertinuit, pleno jure dominii & uſusfructus conferatur, ac ſtatim, concluſa pace, in juſta & quieta poſſeſſione ejus Sua Serenitas Electoralis conſtituatur, ut & eidem facultas detur, tertiam partem Præbendarum ſive bonorum ad Capitulares pertinentium, reditibus Epiſcopalibus applicare atque dominio ſuo adjungere, quamprimum Sua Serenitas poſſeſſionem ſæpius dicti Archi-Epiſcopatus nacta fuerit, forte conſentiet Eadem, pacis & amicitiæ cauſa, quæ ſibi cum Electorali Domo Saxonica intercedit, ut quatuor priores Præfecturæ Sereniſſimo Saxoniæ Electori maneant.

5) Tradantur ſæpius dictæ Serenitati atque Domui Suæ Electorali *Epiſcopatus Caminenſis* in perpetuum, eodem plane jure & modo, ut ſupra de Epiſcopatu Halberſtadienſi diſpoſitum eſt; In genere autem reſervatur, nomine Sernitatis Suæ Electoralis, ratione horum Archi-Epiſcopatus & Epiſcopatuum, ut iidem ipſi atque Domui Ejus Electorali, eodem jure & modo per omnia in Eccleſiaſticis & Politicis, nullo eorum excepto, cedant, prout Sereniſſimæ Reginæ & Coronæ Sueciæ Archi-Epiſcopatus Bremenſis & Epiſcopatus Verdenſis à Sacra Cæſarea Majeſtate tradentur.

Conſtat præterea ex eo ſcripto, quod Legationi Suedicæ nuper exhibitum, atque Cæſareæ Legationi communicatum, ut et præcipuè ex eo, quod jam dictæ Legationi Cæſareæ in lingua Germanica oblatum eſt, partim eas terras, quæ ſupra nominatæ ſunt, & Sereniſſimo Domino Electori conferri & tradi debent, iis Pomeraniæ partibus, quas Idem Regiæ Majeſtati Sueciæ cedit, neque ratione redituum, neque ratione ſituationis & cæterarum commoditatum æquiparari poſſe, partim adhuc in incerto eſſe, quando Archi-Epiſcopatus Magdeburgenſis vacaturus ſit, atque Serenitas Sua Electoralis ejus poſſeſſionem & uſumfructum nanciſci poterit, adeoque æquiſſimum eſſe, ut jamdictæ Serenitati Suæ Electorali, ratione hujus defectus, aliunde ſatisfiat, quo nomine & Epiſcopatus Mindenſis, una cum ſumma 1200000 Imperialium, jamdum pro ceſſione Urbis Stetini a Legatione Gallica nomine Imperii oblata, poſtulatus fuit. Quapropter expectat Sereniſſimus Elector, ut jamdictus Epiſcopatus eo jure, quo reliqui ſupradicti, Eidem tradatur, atque nominata ſumma duodecim Tonnarum auri exſolvatur. Sin vero hujus ſummæ exſolutio nimiis difficultatibus, propter Status Imperii laborare forte videatur, temperamento aliquo uti oportebit, ut nempe Serenitas Sua Electoralis unà cum ſubditis ſuis, non teneatur quidquam conferre ad eam ſummam, quæ pro Satisfactione militiæ Sereniſſimæ Corona Sueciæ ab Imperatore & Imperio impetrare poſſet; Item, ut Sacra Cæſarea Majeſtas Serenitatem Suam Electoralem liberam pronunciet, & per quitantiam exſolvat ab omni contributione Imperii, quocunque nomine illa veniat, per decennium, quo caſu ſumma 1200000 Imperialium ſive Rthlr. de qua ſupra, remitti poterit.

§. XIX.

Derer mit Chur-Brandenburg Erb-Verbrüderten Häuſer genommene Præcaution wegen Pommern.

Alldieweiln bey der Ceſſion von Pommern, die mit Brandenburg Erb-verbrüderten Chur- und Fürſtlichen Häuſer Sachſen und Heſſen, propter Conſe-